16 Hijs ita gestis · btūs magnus diaconus
dixit ad theodorū · Deo age gratias
frater · Quia demones recesserūt · nūc
bonū est ut locus iste a te custoditus et
constructus sanctificet² · ut pplūs istius loci et
qui deinceps venturi sūt huc adorādū
potius quā advenandū conueniāt · The-
odorus respondens dixit · Mi dñe · iuxta
preceptū tuū facio · sed ut audiero te cōso-
lidatū in loco a deo tibi electū · veniam
et visitabo te · Et hijs dictis · valedicētes
seque inuicē deosculantes · pfectus est
beatus magnus accepto secum conuiatore
et duce itineris tozzone pbro · relin-
quēs cū theodoro cecū qui visū rece-
perat · Cepto itaque itinere · transitoque
fluuio · prexit recto tramite sicut
eū viator ducebat · sicque venerunt
ad locū qui vocat² epthaticus · et inue-
nerūt ibi epm sc̄e auguste ecclesie
noīe wichpertū · Tozzo igit² ppter
notitiā quā habebat episcopi pressit
btm magnū · venitque ad eū · et nar-
rauit ei oīa de sc̄o viro que audierat
et viderat · seu de itinere eius nec nō
de aduētu suo ad eū · ymo et de loco
ad quē dñs eū destinauerat ad ma-
nendū · Pfatus aut epūs · interrogauit
de qua origine esset · Et respōdit pbr ·
Dñe sicut audiui a theodoro qui nunc
est relictus ad campidonā · de hibernia
puincia est ortus · Ut autem audiuit
epūs eius famā bonā · suscepit eū beni-
gne · cepitque cū eo loqui · atque cū hono-
re fouere · et moratus est cū eo paucos
dies · sciscitās ab eo cottidie de bto colum-
bano et gallo · Deinde interrogauit eū ·
ubi voluntas sua eēt psiciscendi · Respo-
ndens btūs magnus dixit · Dño auxiliāte
directus sum ad locū qui vocat² fauces ·
ubi ppe sūt fontes alpiū iuliarū · et
ubi draco fuit · qui iubente narcisso
epo a diabolo interfectus est · quatinus dño
annuēte · quicquid dño boni ibi edificare
potuero faciam · Nūc igit² paternitas
tua decernat quomodo tua voluntas
me sit agere · quoniā ad tuū imperiū
pmpto aīo debeo facere · sicuti dñs
michi reuelauerit p os tuū · Ego aut
iam senex et grandeuus cupio ī ultio
meo tēpore illū locū si tue paternitati
placet inuisere · et deo adseruiendum
parare · Ad hec wichpertus epūs rñdit ·
Locus ille valde est angustus et inhabitabil
pplo · etiam fere diuerse ibi morant² · id est
cerui apri multi · plurimi ursi · et ppter
illorū multiplicatione · dñs rex pipinus
ad suā venatione exercendā illū saltum
tenet · serpētes etiā plurimi ibi morant² ·
17 Beatus magnus diaconus spiritu sancto
repletus dixit · Pater · talem gratiā
habuerūt magistri mei columbanus et
gallus · ut quō ad talia loca venerint dñs
nr̄ ihūs xpūs feras diuersi generis por-
ciones illorū ilico expulerit ab illis
locis · in quibus manere decernebāt · Si-
militer ego credo in dei auxilia · quod non
pmittet eos manere ī ipō loco dum
aduenero · Acquieuit aut wichpertus
epūs verbis ipius · et dedit ei solamina
ciborū · pbens ei conuiatorem supra scriptū
pbrm tozzone · et ducem itineris · qui
eū pduceret ad locū a deo sibi destinatū ·
Cumque venissent ad locū qui vocatur
caput equi · iacebat ibi in quodā loco
draco magnus · qui nō pmittebat ullū
hoīem p illam viā transire · neque equū ·
et idcirco vocatus est ille locus caput equi ·
quia oēs venatores reliquerant ibi
suos caballos · et pedestres ibant ad ve-
nandū · Cū ergo btūs magnus diaconus
in vicino loci illius veniret · dixit ad
pbrm · Frater · construamus nobis hic ta-
bernaculū hac nocte ad manendū · et
oremus dnm · ut expellat pses membrū
diaboli ab isto loco · atque aditū pmitte
dignet² nobis ad transeundū · Fecerūt
itaque ut imperauerat · et manserūt ibi ·
In tota aūt nocte nō cessauit beatus
magnus orare · et dni auxiliū implorare ·
ut dracone subuertere dignaret² · Circa
vō media nocte · surgens beatus diaconus
dixit ad pbrm · Mitte meū hominem ·
qui me ducat ad locū angustū · ubi draco
iacet · Et rñdit pbr · Timeo igit² ne si te
illuc induxero · ab eo deuoreris · Ad hec
vir sc̄s · Non possum timere · quia deus
illum tradet ī manus meas · Rogamus
ergo fiducialiter · quia qui liberauit
danielem de lacu leonū · potest et me
eripe de manu huius bestie pessime ·

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 41r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/vad/0070/41r)